



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Bonitus Episc. 15. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

15.Ian. VITÆ SANCTORUM. 41  
itā oculos tandem matri aperit, ipse suos  
claudit. Enīnverò male officia velle  
hic auream filio purpuram inducere; sed  
ilicet manus sensit tandiu riges cere,  
dum piæ & ultimæ JOANNIS voluntati  
est obsecuta. Claruit verò sanctior hic  
in casâ suâ Romulus circa annum Chri-  
stianum CD. LXVII. nunquam orbi tain  
notus futurus, nisi tam ignotus fuisset.

Ex Surio.

*Praferenda est Religio necessitudini,  
Et pietas propinquitati. Ea enim est vera  
pietas quæ preponit divina humanis, per-  
petua temporalibus: nesciunt suis parcere,  
qui nihil suum norunt; quoniam Sanctis  
omnia Deus est. S. Ambr. in Epist. ad  
Rom.*

S. BONITUS EPISC. 15.Ian.

BONITI virtus detecta jam tum di-  
vinitus est, cùm matris adhuc utero  
lateret. Etenim cùm hæc gravida à Sa-  
cerdote postularet, benè ut sibi precari  
vellet, *Quin*, ille retulit, *bene potius tu  
mihi precaris Domine?* Amplius ad hæc  
obstupescenti, *Ne*, ait, *hoc à te exigere  
me crede, sed ab eo, quem utero foves,*  
*quem ad insulam jam nunc vocari video.*  
Cæterū Bonitus adultior factus, cùm  
maxima quæque munia in Gallorum  
Regiâ obiret, ita Regis causam egit, ut  
cuivis dignitati pauperum patrocinium

C 5

præ-

42 VITÆ SANCTORUM. 16. Ian.  
præferret. Ascitus inde ad Episcoporum. Arvernensem, dum nocte intem-  
pesta in templo precibus vacat, adspe-  
ctabilem cum omni aulâ Reginam cœli  
**MARTHAM** habet; hujus imperio rem di-  
vinam facit (homini Cœlitibus inser-  
vientibus) & in laboris præmium vestem  
aufert mirè candidam, eaque sive mate-  
riâ sive arte, quām mirari oculus huma-  
nus semper, agnoscere potuit nun-  
quam. Simile sperare postea ausus è suc-  
cessoribus unus, eodem se contulit. Ve-  
rūm quia merita hominis abludebant,  
dissimilis pullus dissimili modo accep-  
tus, & arcanâ vi domum suam est depor-  
tatus. At **BONITUS** sponte insulan ab-  
jecit, vel, ut rectius loquar, cum coro-  
nâ commutavit, quam ei cùm locos sa-  
cros plurimos lustrasset, à morte (cujus  
ipse sibi vates fuit) cœlum decrevit, anno  
post Servatoris adventum DC. LXXXV. Ex  
*Surio.*

*Qui cupiunt strenue spirituales perso-  
re laudes, representent se coram Deo tribu-  
nali, & ipsum in spiritu præsentem ha-  
beant, uti est, nihilque inter se & eum ha-  
bere velint, sed tanquam amicus cum a-  
mico colloquuntur Domino. B. Laur. Iust.  
de discip. Monast. Conversat.*

S. FURSEUS CONF. 16. Ianuarij.

**E**X Angelia Fursem ascivimus. Ju-  
venta ejus Prodigis plena reliqua  
vitæ